



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 17. Numquam legistis: Ex ore infantium &c. Maiorem vim habuit vox infantium; quàm Danielis; quam vt talem expendit propheta rex Daud.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

vnde Deum glorificent. *Omnes dicunt gloriam:* eo quod in Dei domo castigatur nemo, nemo torquetur, nemo condemnatur, ac omnes misericordiam, omnes peccatorum obtinent remissionem, doctrinam, dona, Sacramenta. Hic te parvulum baptizant, peccatorem absolvent, ignorantiam prædicant, esurienti panem ministrant cœlestem, plenarias largiuntur indulgentias. Vnde colligas præ cæteris magnum hoc esse Dei supplicium, quando templa nobis auferuntur. Stupendum terriculamentum Dei lego apud Ozeam, quod subtiliter expendit Abbas Rupertus. Huic Deus præcipit, vt prædicet, & vocem suam instar tubæ exaltet testetur Deum grauius eorum peccatis exacerbatum, qui proinde proposuerit locum tradere inimicis, vt irruant velut aues rapaces super domum suam: *In gutture tuo sit quasi tuba.* Insonet guttur tuum vt tuba sonora, quæ sonum emittit cœlestis intelligibilem, qui ab omnibus distinctus audiat. Domine quid dicam: *Quasi aquila super domum Domini, pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, & legem præuaricati sunt.* Prædico vobis, quod propter peccata vestra, velox aderit inimicus, vt aquila rapax prædæ inhians super domum meam, illam destructurus. Quid Domine: quale est hoc illis supplicium, & poena quæ illorum diris dominos, funditus evertis, vt veniant hostes, qui eas solo adæquent, porro vestram diruant, non illorum ac tuam dixerō nocuentum? Hoc mihi neutiquam nocet (ait Dominus) sed illis hoc est grauissimum, damnium: est enim domus mea, refugij locus asyllum tutissimum, obtinendi peccatorum remissionem, vitam & misericordiam: si hæc illis auferatur, sibi persuadeant omnia illis deficere. ac proinde meam everti domum, nihil aliud est, quam omnium horum, ac benedictionum fontem illis obturari. Hic cœci illuminantur, claudi saluant vt vituli de armento, infirmi solidantur, & prostrati sanantur omnes, *Sanauit eos in templo.* Huc festinus accurre, dum premeris angustias, vt tibi Deus intellectum illuminet, accendat voluntatem, tuos mortificet appetitus, tuam sanet animam, tuos suppleat defectus, tuasque curet medicus infirmitates.

Osee. 8. 1.

§. 27. Numquam legistis: Ex ore infantium &c. *Maiorem vim habuit vox infantum; quam Daniels; quam vt talem expendit propheta rex Dauid.*

Videntes autem Principes Sacerdotum, & Scribae mirabilia qua fecit & pueros clamantes in templo, & dicentes: *Hosanna filio Dauid: in genati sunt, & dixerunt: Audi quid isti dicunt? Viderunt mirabilia quæ in templo operabatur Christus, & omnia illis fuerant vt clari in oculis præ nimia inuidia: verum id quod præ cæteris illorum torquebat animos, hoc fuit singulare, & in Christi laude præcipuum quod pueruli matrum vberibus suspensi, transeunte Domino, conuersa facie ad illum, vt alaudæ, reguli, philomelæ cœlestes. decantarent, gloriam ac triumphum, cum confitentibus vt Deum, Regem, Dominum & Saluatorem: *Hosanna Filio Dauid.* Ad quem expendit D. Chrysof. Quod ex Dei consilio, præuolens Dauid spiritu Prophetico hodie, quod illis Christus reuocat in memoriam, & iam impletur. Ex ore infantium & lactentium &c. vt intellegemus non simplicem tantum populum vocari in scriptura *Infantes*, sed pueros sugentes vbera, in quibus ipsa natura sibi simile quid poterat operari. Hoc (inquit) fuit supremum quoddam miraculum, & Christo proprium huic occasione referuatum. Si mortuos ad vitam reuocauit, reuocauit & Prophetæ, si leprosos mundauit, mundauit Naaman Syrum Eliseus: Si demones eiecit, Dauid quid simile egit: licet eorum uolus, vt Christus, nihilominus facta fuerunt operata: *Ulla quidem (ait) etiam antefacta sunt, & si non sic, tamen facta sunt.* Hoc autem mirabile, numquam: erat enim soli Christo referuatum: quocirca dixit Moysi dum se ne legationem obeat, excusat, vt balbum, hoc esse opus suum: *Quis fabricatus est mutum & surdum, videntes & cæcum:* Et ipse Isaias: *Quidat lingua expositas iis qui sunt: impeditiorum lingua.* Ita hunc locum legit D. Chryf. & alia huic proposito conformia perpendit. Hinc quoque declarat hæc verba: *Perfecisti laudem.* Alij sic exponunt, quod dicere voluerit, nascente Christo in mundo, caustarunt Angeli de cœlo diuinas eius laudes. *Facta est cum Angelo multitudo militum cœlestis laudantium Deum & dicentium: Gloria in Altissimis Deo.* Ne verò dixeris testimonium hoc laudis tibi non satisfacere, vt pote cum sic familiarum domus, & duci*

D. CHR.
In Psal.
Te. 1.
Psal. 83.Exod. 4.
11.
1. Cor. 13.
1. Cor. 13.Luc. 19.
Luc. 19.
Luc. 19.

duci possit in suspicionem vel quod voces illa fuerint Phantasmata formata in aere, inter noctis tenebras, ideo huic incepto cantui Angelorum hodie vltimam addunt perfectionem Angeli terreni, pueruli lactentes, tam simplices, & ob omni suspitione prorsus alieni, vt eorum nequeat perueri sinceritas, vel vlla quamlibet altura ac sagaci multiâ, corrumpi simplicitas, nec obici potest phantasticas fuisse formationes inter noctis caliginem, sed cum ipsos suis cernant oculis, mediâ luce, & suis audiant illos auribus Dei facta laudesque personantes.

43 Adest opportunè D. Ambr. In illud Pastores *venenat sellinantes &c.* Considerat, & quàm congrue venenat pastores, vt personæ Christi in cap. 1. primi sicut teltet. *Non mediocre fides hoc videatur. In 1. tur exom. lura, quod vilis sit persona pastorum: certe quo vilior ad p. u. n. s. i. a. m. e. o. p. r. a. c. i. o. r. a. d. f. i. d. e. m.* Magnum est simplicis plebis testimonium, sine furo, sine dolo: in hoc autem cum primum locum obtineant lactentes, pariter & eorum testimonium præcellet, quo suis laudibus, & confessionibus, de Christo Domino testantur encomiaste. Explicat alij, quòd hic David scelette aperuerit mysterium, licet prædicto non adeo distimile. Allato per virginem matrem Christo puerulo in templum, præordinauit Deus, vt eum ibidem aanis grandæui præstolarentur, qui, quis esset qui templum adiret, testarentur, maiestas eius quanta, quanta diuinitas in tantillo corpuseculo lateret abscondita. Ita Spiritus S. ipso die Purificationis Virginis purissimæ præuenit, ac præmonuit Simeonem senioreni, vt eum in templo expectaret aduenturum. *Es venit in spiritum in templum.* Quocirca vt eum vidit, cordis vlnis flumit, cæpit vt cygnus pueruli laudes decantare: *Nunc dimittis seruum &c.* Erat & ibidem Dei iulinctu Anna Prophetissa octoginta annorum ætate dectius, adeo in omnibus pietatis operibus instructa, adeo in diuinis mysteriis illuminata, vt pote quæ tot vitæ annos orationibus ac ieiuniis ipso in templo impendisset; publicum illa de Christo reddidit testimonium: *Loquebatur de illo omnibus, qui expectabant Redemptionem Israel.* Deus puer est, infans, èlinguis, non loquitur, adsunt seniores, prudentes, sapientes: *Quia in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* qui illum prædicent, collaudent, contestentur. Etus præcõnium inchoarunt seniores, ipso adhuc puerulo: modo verò quando prouectiores est ætatis, & per se loquitur ipso ad vltimam metam properante, perficiunt pueruli, & vltimam eius encomiis achibent manum, &

testimonium auditur irreprehensibile, irrefragabile. Hoc est autem illud prodigium, quo Christus suas obserauit laudes, & confessiones suæ Diuinitatis (ait D. Chryl.) qui cum puerulus esset & èlinguis suam prædidit potentiam linguas dirigens seniorum: modo factus adulator, eandem ostentat linguas soluens oraque patuulorum.

Ad clariorem declarationem prædictorum Davidis verborum varias expendit selectiones ex Hebræis: vbi enim nos legimus: *Terfecisti laudem*, legunt alij *Fundasti laudem*: q. d. Quòd laus hæc fuerit fortissima petra, quâ Christus se Deum ostentabat, & suos confundebat applausus. Alij demique: *Constituisi robur*: Nullum quippe fortius illo robore, quò Christi confundantur inimici, ipse verò extollatur, ac prouide illud tanquam vltimum apposuit: omnium enim Christi miraculorum fuit hoc vltimum: quò manum vltimam, & coronidem eis quæ patrauerat in suæ Diuinitatis testimonium impofuisse videatur.

Notat insuper D. Chryf. quòd subtiliter ac præclare cecinerit vates Rex: *Vi destruas inimicum & vltorem*, Attende (ait) quo vergebat illud ex Dei consilio miraculum. Perpicue & ad oculum hic descenditur Principes ac Sacerdotes, qui paulo ante Christum morti deuouerant, quos neruose vocat *Inimicos & vltores*. Vltiores dicit: eo quod hoc principaliter intenderent, populo persuadere, quòd Dei iniurias vltiscerentur, ac prouide se Christo prodent inimicos, vt pote honoris Dei viri zelosi, quòd & ipsi Christo dixerunt, hanc esse suæ in illum persecutionis rationem, quòd sibi indebitum, Deo autem debitum honorem superbus arrogaret: *Quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum*. Quod iterum 33. D. Ioannes apertius dicit: *Propterea querelant eum iudei interficere: quia patrem suum dicebat Ioan. 5. 18. Deum, equalem s. factens Deo.* Inimicum & vltorem (ait D. Chryf.) dicit populum iudeorum, D. Chryf. qui præferebant hoc facere, tanquam patrem vltiscerent. Hoc miraculum (ait) factum fuit propter ipsos nominatim, in suæ Diuinitatis clarissimum argumentum, non vero vt crederent, iam enim patebat eorum extrema, & irremediabilis peruersitas: oculi enim eorum excaebantur, ne eum agnoscerent, & impletum est varicinium Isaie, teste D. uo Ioanne: *Excæca ter populi huius: sed, vi destruas id est, vi confundas* Propter illos igitur factum est hoc miraculum. Alia fecit Christus, in gratiam & beneficium illorum, qui ea recipiant: hoc autem in suorum inimico-

44

I. Principes dicuntur a Dauidæ Dei vltiores.

Ioan. c. To.

mo cum sis,

facis teipsum Deum

Quod iterum 33.

D. Ioannes apertius dicit:

Propterea querelant

eum iudei interficere:

quia patrem suum dicebat

Ioan. 5. 18.

Deum, equalem s. factens Deo.

Inimicum & vltorem

(ait D. Chryf.) dicit populum iudeorum,

D. Chryf. qui præferebant hoc facere,

tanquam patrem vltiscerent.

Hoc miraculum (ait) factum fuit propter

ipsos nominatim, in suæ Diuinitatis clarissimum

argumentum, non vero vt crederent,

iam enim patebat eorum extrema,

& irremediabilis peruersitas:

oculi enim eorum excaebantur,

ne eum agnoscerent,

& impletum est varicinium

Isaie, teste D. uo Ioanne:

Excæca ter populi hu-

ius: sed, vi destruas id est,

vi confundas

Propter illos igitur factum est hoc miraculum.

Alia fecit Christus, in gratiam & beneficium illorum,

qui ea recipiant: hoc autem in suorum inimico-

rum confusionem maximam. *Alia non propter inimicos facta sunt, sed ut accedentes beneficium acciperent, ut docerentur alij: hoc autem, ut cor inimicorum obsrueretur.* Alij legunt, (vt notat D. Chrysoft.) *Propter alligantes ea: quibus verbis Dauid perspicue declarat hos Principes reprobos, qui Christum iam cruci addixerant, & mandata proclamabant, vt cum captum, ac vinctum traheret, quicumque potuisset, Ecce petiuri, in quem tanta molimini, quem quæritis alligare, qui mutas infantium linguas nouit deligare.* *Qui linguas infantium facit d. fertas.* Apud alios lego: *Vt cessare facias inimicum:* Erat hoc sufficiens miraculum, quò à tam damnabili proposito ac malitia resliret, qui eam adeo cordi non habuisset, vt diabolus, inuiseraram.

Sapia 6.10

Totus populus contra pudicam Susannam conuocabatur, quam contra iuris ordinem morti adiudicant seniores illi vt lapidaretur, seniores æquum, magis malitia, quam ætate, & iam omnes conueneratis lapidibus adstant vt eam illis præfocarent. At vero Deus Spiritum excitauit iunioris Danielis: qui lactens non erat infantulus, sed excellerat ex exorbis & adulescens duodeennis, illis autem rapido furoris sui cursu delatis vt sententiam exequerentur iam latam ac denunciatam vocem atollit & Susannæ prædicat pudicitiam, innoxium clamat fundi sanguinem: *Mundus ego sum à sanguine huius.* Tanta valuit iunioris huius vox auctoritate, vt presum cuncti siscerent, quærent, quis ea diceret, quis illum moueret, quò fundamento, & in tribunal reuertentur, eam causam denuò tractaturi, quam iniussè defuerant, quo factum vt & pudice Susannæ pateret innocentia, & iudicem seniorum in correcta malitia. Admirare in quem finem Deus Spiritum exciter puerorum, moueatque linguas innocetium. Erant hi pueri Daniele iamiores. *Lactentes* Quis horum potuit mouere spiritum? quis illam excitare pueritiam?

Dan. 13. 45.

quis illas dirigere linguas nisi Spiritus S. *Ex ore infantium & lactentium profecti laudem.* Perfectior multa est Christi laus, ea quam proloquitur Daniel de Susanna, quia manifestè, & explicitè eum protestantur esse Deum, Dominum, Redemptorem, & Messiam: Ad quid? *Vt cessare facias inimicum;* in itinere & proposito suo, quo iam cepit Christum perdere, quem morti dedicarat, vt equos illos effraenes detineat in cursu suo procurrentes. Et valde congruè de-

Psalm 8.

clarat hoc Christus, cum enim ipsos hoc miraculum præ cæteris percelleret attonitos, sicut illa quæ Christus operabatur, oleum erant eorum malitia incendendæ, quò vehementius frændens eorum incaleceret inuidia; hoc eos tam ardentè inflammauit, vt mortali rabie furentes, in Christum conuersi, interrogent factuosi: *Audis quid isti dicunt? q. d. vt quid adeo dissonas vocas patris, voces adulatorias, acclamationes indecentes?* Respondet illis Christus: *Vtique. Num quam legis: quia ex ore infantium, &c. q. d. (interprete D. Chrysoft.) Vtique illas audio: Vestrum erat illas audire: non enim propter me, has voces disposuit Spiritus S. sed in gratiam, in salutem vestram. Vtique illas audio: sed in hoc maxime prodesse, si vos illas audiretis. Dicere poterat, quod paulò ante dixerat: *Hæc vox non venit propter me, sed propter**

vos. est vtiq; Spiritus Patris mei, qui eam format ad implens regis prophetæ vaticinium, nimirum quod vltimum, perfectum, securum, & indubitandum laudis filii sui testimonium, daret per infantium linguas, elinguium acclamationes, & vota pusionum. Cum ergo hoc vobis non satisfaciat, non est quod vltèrius progrediamur, nec aliud superest agendum; ac protinde, *Relidis illis, abij foras extra e uitatem;* & quidam vultus mentisque commotione: quasi expresso signo illos vt reprobos deserens, & omni spe salutis denudatos, secessit, ad sicum non habentem fructus, cui male dixit, quæ continuo à radicibus exaruit: vt omnibus innotesceret, nihil ab illa boni sperandura vltèrius, nisi vt succidatur, & in ignem mittatur adurenda. Audistis hæc charissimi? Has voces intellexistis? Mirabilia hæc vidistis? Scitote hæc omnia in vestrum fieri emolumentum: quò si in tantum creuerit malitia tua, vt in mentis tux curia Christum morti deuoueris, proponens eum grauius offendere, vel illum tuis secleribus persequeris in correctus, vel funibus astrinxisti peccatorum: reuertere retrorsum, attende maturius in quem audax movearis, quem offendas præsumptuos. In te conuertere, saniora concludè consilia, quæ sint tibi in salutem, vitæ correctionem, peccatorum indulgentiam, dispositionem ad Dei gratiam & misericordiam impetrandam, & æternæ gloriæ consecutionem. Amen.